

)( ✕ )(

JURIDICÆ THESES,  
EX INSTIT. IMPERIAL. DE PROMPTÆ.  
BEATÆ DEIPARÆ  
IN PRIMO SUÆ ANIMATIONIS INSTANTI  
absque originali macula conceptæ ex toto corde dicatæ.

TIT. DE USUCAPIONIBUS.

I.  
**A**D usucapionem requisita sunt : Bona fides : Justus titulus : Res non vitiosa :  
Possessio civilis : Et tempus à lege definitum.

II.  
**E**Rror juris impedit præscriptionem : Error autem facti non ita.

III.  
**D**Um res vitium v. g. furti habet usucapi non potest : Sed vitio purgato,  
ejus usucapio procedit.

IV.  
**Q**Uod Testator ex mala fide usucapere non potest , neque ejus Hæres potest.

V.  
**I**Nter emptorem quoque, & venditorem continuantur, & conjuntur, tempora usucapionis.

VI.  
**U**Sucapione bona fide completa , etsi is , qui præscripsit rem alienam esse  
cognoverit , non tenetur pristino domino , nec in foro conscientie restituere.

TIT. DE DONATIONIBUS.

I.  
**S**EMEL præstito à Patre consensu ad hoc ut filiusfam. donet , etsi Pater  
postea à consensu recesserit , Donatio constat.

II.  
**F**iliusfam. non potest mortis causa donare adventitia extraordinaria, absque consensu patris.

III.  
**D**onatio simplex inter Maritum , & Uxorem est prohibita , scilicet , si unus  
fiat locupletior , alter autem pauperior.

IV.  
**P**Actum donationi apositum , de non rebocanda donatione , propter ingrati-  
tudinem , non valet.

V.  
**D**onatio omnium bonorum , tam presentium , quam futurorum est valida.

VI.  
**O**B supernascentiam liberorum rebocatur donatio , non solum in Patrono donatore,  
& liberto donatario , sed in quibuscumque aliis.

HAS DEFENDET D. D. THOMAS CALBO , ET SAMPER , SUB AUXILIO D. D.  
Josephi Emanuelis Balaguer , S. C. D. & Orceitanæ Universitatis Legum Moderator. Palestre  
locus erit ejusdem Univeisitatis Theatrum. Die 8 Mensis Martii Anni M. D. CC. LXXIV. Hora 3. 1/2.

CUM FACULTATE SANCTÆ INQUISITIONIS.

Oriole: Ex Offic. Josefi. Vincen. Alagarda. Dr. D. Joannes Vicent Recr. Vt. Balaguer Cent. Reg.





*Phon testis et dimidia  
resperantia*